



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 29. Bellum Genuensibus ab Arragonio illatum

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

§. XXIX.

Sæcul. XV.
A. C. 1457.

*Bellum Genuensibus ab Arragonio
illatum.*

Vix Alphonsi classis passis pleno sinu
velis in altum Oceani provehebatur,
dum eadem sex jam Genuensium naves
penes Montis-Crecelli cacumina invasit,
cepitque. Prima hæc Martis auspicia
nonnisi acrioris longe belli præludia e-
rant; Evidem fœderati, ut funesta ma-
gis fata prævenirent, Regem cum Repu-
blica conciliare nitebantur, sed omnem
conatum elusit Alphonsi animus ad pacem
minime propensus. Hic quippe ab i-
pis Genuensibus patria ejectis instiga-
tus, hujus ditionis Metropolim obsidione
premere statuit, nihil proficientibus Per-
rini Fregosi, eo tempore Reipublicæ Du-
cis, precibus, oblatisque ab eo pacis
conditionibus. Rex enim nullam con-
cordiæ viam admittere decrevit, donec
Fregosus supremo sese abdicaret imperio,
illudque Adorniis cederet. Dux Regis
potentiae resistendo impar, Genuensibus
auctor fuit, ut Caroli VII. Galliarum Re-
gis tutellæ sese committerent, cui etiam
arcem, ceteraque nobiliora status loca
tradiderunt. Inde vero tractatu tempo-
ris satis diuturnum æque ac pertinax bel-
lum exarsit.

X.
Li 2

§. XXX.